

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot

Stahl, Daniel

Jenae, 1662

Disputationum Philosophicarum Nona continens Regulas V. circa doctrinam Causae Finalis Respondente publice Christiano Chemnitio, Geithensti Misnico

urn:nbn:de:bsz:31-102400

finis est beatitudo, nempe operatio animi &c. quæ profectò antecellit operi futuris, calceo.

IV. At quando unius rei fines duo sunt, opus nimirum aliquod præter actionem, opus melius est. Ut rectè dicimus, τῆς οἰκοδομικῆς finem esse & domum, & ipsam οἰκοδομῆσιν, ædificationem, IX. *Metaph. r. 16.* At domus præstat ipsi actui ædificandi.

V. Philosophus nullam adjecit probationem. Potest afferri hæc: Opus est finis actionis. Quamvis enim & ipsa actio finis alicujus sit, tendit tamen etiam ad alium finem, qui est opus. Unde *l. modo cit.* opus magis finis esse dicitur, quàm operatio. Finem verò iis, quæ ad finem tendunt, esse meliorem, suprà *Reg. II.* vidimus.

Disputationum Philosophicarum

NONA

continens

REGULAS V.

circa doctrinam

CAUSÆ FINALIS

RESPONDENTE

publicè

CHRISTIANO CHEMNITIO,

Geithenfi Misnico.

P 5

RE-

REGULA I.

Qui vult finem, vult etiam media ad finem.

Sed obstat, quod multi aegroti sanitatem unicè expetunt, qui nihilominus media, v.g. potionem amaram, respuunt: quemadmodum &

Felis amat pisces, sed aquas intrare recusat.

II. Contradicere quoque videtur Plato, Socratem & Polum introducens ita disputantes in Gorg.
SOC. *Utrum ergò tibi videntur homines id velle, quod ubiq. agunt, an illud, cuius gratià agunt? Velut qui pharmaca à Medicis accepta bibunt, utrum tibi videntur ipsum velle, quod faciunt, videlicet pharmacum bibere, & asperitatem ejus perferre: an sanitatè, cuius gratià bibunt?* **POL.** *Manifestum est, eos fieri sanos velle, cuius gratià potionem sumunt.* **SOC.** *Nonne & qui navigant, ad aliud negotium lucri causà obeunt, non id volunt, quod faciunt? Quis enim navigare, subire pericula, molestias habere velit? Sed illud volunt, ut arbitror, cuius gratià navigant, divitias scilicet, harum enim gratià navigant.* **POL.** *Maximè.* **SOC.** *Annon in omnibus quoq. similiter, quisquis aliquid alicuius gratià agit, non id vult, quod agit, sed illud, cuius gratià agit.*

III. Dicendum, voluntatem duplicem esse, efficacem & complacentiæ. Efficax est, quâ alicui ita placet

placet
luntas
alicui
aut co
confe

IV
placet
dia, r
dum.

plac
hoc i
dia, h
qui el
neces
finem
inclu
medi

V
cacin
sè. V
Poll
med
vult
natè
rata

Est
fit co
tis e
cum
Sun

placet res, ut velit eam efficere vel consequi. Voluntas complacentiæ est, quæ placet quidem res alicui & amatur in se, sed eam non cupit efficere aut consequi, quia scilicet nullam habet spem ejus consequendi, aut forsan alias etiam ob causas.

IV. Jam dico, qui vult finem voluntate complacentiæ, is vult media. Ratio, quia media, ut media, respiciunt finem efficiendum aut consequendum. Cùm igitur is, qui vult finem voluntate complacentiæ, non velit illum efficere aut consequi, hoc ipso non potest velle media: & si vellet media, hòc ipso jam vellet etiam finem efficaciter. Sed qui efficaciter vult finem, ille eo ipso media velit necesse est, quoniam in voluntate, quæ quis vult finem efficere aut acquirere, mediolorum voluntas includitur, cùm effectio aut acquisitio finis in mediis consistat.

V. Ubi & hoc sciendum, quod, qui vult finem efficaciter, velit etiam aliquod medium saltem consuescè. Vult enim formaliter aut hoc medium, aut illud. Postea vero, si nò habet exploratam convenientiam mediolorum, de illis consultat. Facta consultatione, vult finem cum hòc mediò particulari & determinatè. Quando vero quis initio statim habet explorata media bene, non intelligitur de illis consultare. Est enim consultare inquirere, quodnam medium sit convenientius, quàm inquisitione non eget, qui factis explorata habet media, sed simul amat finem, cum hisce mediis convenientibus determinatè. Sunt verba Petri Hurtadi de Mendozâ disp. XIV.

de

de anima f. III. Unde cum quis vult finem efficaciter, non requiritur, ut, cum plura & diversa sunt media, omnia ea aut quodvis velit, cum omnibus non sit opus, imò si uno medio uti velit, sæpè alterò simul uti nequeat, Sufficit igitur, si uno utatur.

VI. Jam responderetur ad argumentum s. I. propositum: Qui ægroti sanitatem volunt efficaciter, volunt etiam aliquod medium saltem confusè in principio, postmodum etiam aliquod volunt determinatè, & quamvis nunquàm velint potionem amaram, non tamen sequitur, quod nullum velint medium, cum & alia media sint, vel saltem alia esse existiment. Quod si quis de nullo planè sollicitus sit medio, non efficaciter vult sanitatè, sed solum voluntate complacentia.

XII. Platonem quod attinet, dubio procul mens ejus nulla alia est, quàm finem tantùm id, esse, quod ratione sui velimus, media neminem absolutè & per se velle, neque reperiri in illis, quod appetitum ad se trahat; sed quod nec ab iis voluntas penitè abhorreat, id omne fini in acceptis esse ferendum. Quod si neget, ullo modo voluntatem ferri in media, apertè id veritati adversari videtur, neque nobis præjudicat.

XIX. Verùm, ut isthæc ita sese habeant, quando plura occurrunt media tamen si unum tantùm sit, non videtur necessarium, ut quis illud expectat, etsi finem efficaci voluntate consequendum.

sibi

sibi ha
exper
simè d
men u
memb
sanita
um nu
næ tan
clare v
cùm i

IX.

eum,
cuper
eò ips
fare ab
volun
territ
ne rec
rent e
ret op

X.

dium
rius
bonu
volu
ligi
Vide

XI.

plac

sibi habeat propositum. Et probatur primò, quia experimentò compertum est, ægrotum efficacissimè desiderare restitutionem valetudinis, nec tamen ullâ adduci posse ratione, ut præcisionem membri admittat, permanente adhuc desiderio sanitatis, licet satis intelligat, præter istud medium nullum superesse aliud. II. Voluntati humanæ tantùm imponitur necessitas à summò bonò clarè visò. E. non necessariò allicitur à mediò, cum id non sit summum bonum.

IX. Verùm ad primum respondetur ut antea, eum, qui convictus, non posse se aliò mediò recuperare sanitatem, quàm præcisione membri, eò ipsò, quod penitus respuit illud medium, cessare ab actu efficaci, voluntatis, eumque mutare voluntate inefficaci, quod difficultate mediè deterritus non tendat amplius ad sanitatè sub ratione recuperationis, sicut antea. Quod si permanerent efficax voluntas, id inde esset, quod perduraret opinio, posse se aliò mediò ad salutem reduci.

X. Quantum ad alterum, dicimus, illud medium appeti necessariò suppositâ voluntate alterius rei, nempe finis. At cum asseritur, nullum bonum, nisi summum & increatum, imponere voluntati necessitatem exercitii, id absolutè intelligitur, & non præsuppositâ voluntate alterius rei. Vide Vatzquezium *P. II. Tom. I. d. XLIII. c. IV.*

XI. Verùm antequàm ad alia progrediamur, placet sequentem Syllogismum considerare:

Qui

Qui vult finem, vult etiam media ad finem;
At Deus vult finera peccatorum, nempe punitionem, & gloriæ suæ ex illâ pœnâ manifestationem.

E. Etiam vult ipsa peccata.

XII. Respondemus I. Conclusio illa non sequitur ex positâ propositionibus. Nam prædicatum conclusionis, *velle ipsa peccata*, non comparet in præmissis. Laborat, ergò argumentum, vitiò quatuor terminorum. Ista debuerat inferri conclusio: E. etiam vult media ad finem, nempe ad punitionem; quod conceditur. Media, quibus Deus utitur ad puniendâ peccata, sunt bellum, morbi, fames &c. quæ Deū velle nihil absurdi est. Peccata autem ipsa quorum pœnam Deus expetit, non sunt media ad irrogandam pœnam. Aliud est meritum vel causa, propter quam pœnâ ab aliquò repetuntur, aliud est medium, quò punitur.

XIII. Dicit: Deus punit peccata peccatis, h. e. peccata interdum sunt media, quibus Deus vindicat præcedentia peccata E, necesse est, ut vi Regulæ, illa peccata velit.

XIV. Responderetur, non opus esse, ut Deus illa peccata velit, sed satis esse, velle eorum permissionem. Quamvis enim & ipsa peccata sint instrumenta vindictæ, tamen non semel superius diximus, rationē finis id non exigere, ut, qui ipsū expetit, quodvis etiam expetat mediū. Illustrabim⁹ rem exemplo. Tradidit se æger Medico, ejusque

que rem
statim
rit, sum
liquan
malum
curatio
men æg
ut, supp
mediu

XV

rem, e
pro fin
finis pe
mô, &
rei. A
sive ca
tis. H
rum, l
disp. p

XV

tur, p
appon
Qu

Qu

V

E.

In hâ
inside

que remediis usus est. Accidit, ut re ex voto non statim succedente, is apud animum suum statuerit, sumere medicinam, quam fortassis ab alio aliquando didicit appositam esse ad tollendum malum. Medicus id intelligens, dissuadet, quod curatio anceps nimis sit & periculosa. Instante tamen ægroto permittit. Videmus hic, usu venire, ut, supposita voluntate finis velit quis non ipsum medium, sed ejus permissionem.

XV. II. Quod attinet propositionem minorem, ea non conceditur, quatenus punitionem, pro fine peccatorum habet. Est quidem punitio finis peccatorum, ut vox finis sumitur pro extremo, & vocatur à Scholasticis finis terminationis rei. At nos de fine hinc loquimur, ut est τὸ τέλος, sive causa finalis, & dicitur finis motionis agentis. Hoc modo certè pœna non est finis peccatorum. Nemo enim peccat, ut pœnas det. Confer. *disp. præced. Reg. III. §. I.*

XVI. Denique ut quâsi ad oculos demonstratur, proposito argumento genua labare, similem apponemus Syllogismum:

Qui sult finem, vult media ad finem.

At Princeps vult finem rebellionis, nempe victoriam de rebellibus, & ut cum subditis suis otio & tranquillitate frui possit,

E. vult ipsam rebellionem.

In hâc argumentatione non potest non aliquid insidere maculæ, quod conclusio apertè falsitate

la-

laboret, cùm nullus sit Princeps, quin totò pectore rebellionem aversetur. E. nec superius argumentum non potest omnis labis esse expers. Est enim ipsi planè simile.

REGULA II.

Vnius rei possunt esse plures fines.

I. Bifariam ut, ut unus rei sit plures fines, Primò ita, ut sint subordinati, sive ut unus ad alterum referatur, quomodo medicamenti evacuationis à Mediciò præscripti finis est expulsio prætorum humorum, quæ, quia ad ulteriorem referatur finem, nimirum ad recuperandam sanitatem, ideò & medicamenti illius finis, & quidem ultimus, est sanitas.

II. Secundò, ut fines sint disparati, ut ita loquar h. e. unus ad alterum non referatur. Ita Philosophus *II. de animâ text 88.* & linguæ & aëri, qui respiratione trahitur, duplicem assignat finem; illa enim & ad *θεῖον*, & ad *Μελέτην*, gustum & locutionem: hoc autem ad temperandum calorem internum, & ad vocem efformandam. Coniugii fines sunt, generatio sobolis, mutuuum auxilium, & devitatio fornicationis.

III. Quæritur hîc, an possit quis sibi habere, propositos plures ultimos fines? Ubi notandum ex Thomâ *I. 2. q. 1. a. 5.* & Interpretibus ejus; aliud esse dicere, plures res posse esse ultimum finem ejusdem hominis; aliud, posse ejusdem hominis plures esse fines ultimos.

IV.

IV. & simul
quamqu
sed parte
de eo vid
Augusti
Marcum
constitu
bonum k
constare
rioris ve
quæq; p
ultimus

V. E
se conce
finis ult
in extre
congero

VI. S
se, neg
ratione
ultimi
ut ad eu
duo fin
ad neu
rum fin
ultimu

VII
meritò

IV. Prioris sensus est, plures res conjunctim & simul sumtas esse unum finem hominis, unamquamque autem seorsim non esse totum finem, sed partem unius finis. Et hoc verum est, neque de eo viderur esse controversia. Et facit huc, quod Augustinus *L. XIX. de Civ. Dei c. III.* memorat, Marcum Valerium finem felicitatem & ultimum finem constituisse in diversis rebus. *Summum*, inquit, *bonum hominis, quod fit beatus, utriusque rei bonis constare dicit, & animæ scilicet & corporis.* Posterioris verò sensus est, plures res esse, quarum unaquæque per se & seorsim ab aliis considerata, sit, ultimus finis.

V. Et diverso quidem tempore hoc fieri posse concessum videtur, ut si libidinosus, cujus finis ultimus sunt voluptates corporis, laberetur in extremam avaritiam, & omnes actiones suas ad congerendas pecunias referret.

VI. Sed eodem tempore id locum habere posse, negant Thomas & ejus discipuli *loc. cit.* Inter rationes præcipua hæc est, quod de ratione finis ultimi fit, ut compleat appetitum hominis ita, ut ad eum quis omnia referat. Sed si statuatur, duo fines ultimi, neuter illozum erit ultimus, quia ad neutrum omnia referuntur. Non enim illorum finium unus ad alterum refertur, cum aliàs ultimus non esset.

VII. Verùm de hæc sententiâ fortassis non immeritò quis dubitaverit. Videtur enim non esse

Q

de

de ratione ultimi finis, ut simpliciter ad ipsum omnia referantur, sed sufficere, ut ad ipsum aliqua referantur, ipse autem ad nullum aliud, sive ut ejus gratiâ aliquid sit, ipse autem nullius alterius gratiâ. Nam finis ultimus duo importat, unum, quod est finis; alterum, quod est ultimus. Ut sit finis, satis est, quod sit id, cujus gratiâ aliquid est, sive ut ad ipsum aliquid referatur. Ita enim describit Philosophus finē. Ut autem est ultimus, hoc dicit, quod ipse ad nullū alium finem referatur.

IX. Quibus præmunitis, non video, quid obster, quo minus aliquem eodem tempore plures fines ultimos habere sibi præfixos asseramus. Quis usu venire neget, ut in obsidione urbis inter oppugnatores sit, qui alacriter mortis periculis sese committat, ut si vi ea capta fuerit, & rapinis discescat, & promiscuæ veneris licentiâ libidinem expleat, aut ad summum dignitatis gradum evehat, & ita quidē, ut isthæc ad nihil aliud referat?

IX. Dicis: illa duo non esse duos fines diversos, sed constituere unum integrum finem, juxta ea, quæ dicta fuerunt §. IV.

X. Verùm nescio, an id concedere oporteat, tum utraque, & voluptates, & pecunia vel summi honores, separatim expetantur.

XI. Cajetanus *in loc. Thomæ cit.* responderet, in casu §. IIX. allatō & similibus non constitui plures ultimos fines, sed unū tantum, quia quam-

vis aliqu
la omnia
ultimum
gorius de
VI.

XII.
sermone
Id enim
possit fin
quodlibet
At Cajet

simul ad
XIII.
queziō.
dici mo
plenè a
aliā re i
ad eum
tantum
nius ho
sibi pro
lia prop
nes, qu
compl
finē. E
mas, ci
se poss
nifestū
quo ne

vis aliquis amet plura bona simul, eum tamen illa omnia referre ad seipsum, tanquam ad finem, ultimum. Idem volunt Scotus *l. d. I. q. V.* & Gregorius de Valentia *tom. II. disp. gen. I. q. I. punct. VI.*

XII. Verum recte notat Gabriel Vatzquetz, sermonem hinc loci esse de fine non *cui*, sed *cujus*. Id enim controversitur, an unus & idem homo possit simul duo vel plura bona amare, ita ut quodlibet eorum habeat rationem finis ultimi? At Cajetanus tantum ostendit, cum plura aliquis simul amat, finem *cui* esse unum.

XIII. An distinguendum cum Gabriele Vatzqueziô, & asserendum, ultimum finem duobus dici modis, uno, id quod est optimum, & satiat plenè appetitum ejus, cujus est finis, ita ut nullà alià re indigeat? Vocari, ait, finè operantis, quod ad eum operans omnia referat, & non solum tantum opus. Hinc ratione non possunt simul unius hominis plures esse fines ultimi, ut si quis duo sibi proposita habeat, quæ propter se expectat, & alia propter ipsa, ejus non sunt simul duo ultimi fines, quia nullum per se & seorsim appetitum ejus complet, sed utruq; concurrat ad complendū unū finè. Et hoc modo de fine ultimo loquitur Thomas, cum duos ultimos fines unig eodè tēpore esse posse negat, quæadmodū ex lectione ipsius manifestū est. Deinde dicitur finis ultimig eò modo, quo nos diximig *s. VII. nēpe id, c* *ia aliud*

Q 2

appetimus, ipsum autem nullius alterius gratia quem Vatzquez vocari ait finem ultimum negativè, vel ipsius operis. Et hâc acceptione ostensum est, posse aliquem simul plures ultimos fines sibi habere propositos. Confer etiam Vatzquezi-um *Tom. cit q. XII a. III.*

REGULA III.

Cujus facultatis, finis subordinatur fini alterius facultatis, illa facultas alteri illi facultati subordinatur.

I. Bellarminus *Lib. V. de Rom. Pont.* disputans, potestatem Politicam esse subjectam potestati Ecclesiasticæ, posseque aded Pontificem mutare regna, unque ea auferre atque alteri conferre, inter alias probationes utitur præsentî propositione, quam dicit esse Aristotelis *I. Eth. c. I.* Subsumit autem jta: Finis temporalis subordinatur fini spirituali, sive finis potestatis temporalis subordinatur fini potestatis spiritualis. Ergo potestas temporalis subordinatur potestati spirituali,

II. Dicimus I. Aristotelem *cit. c. I.* non asserere, cujus facultatis finis subordinatur fini alterius, eam facultatem alteri facultati subordinati, sed, τῶν ἀρχιτεκτονικῶν τέλη πάντων εἶναι αἰετῶς ἐγὼ τῶν ὑφ' αὐτῶν, h. e. Lambino interprete, *fines earum artium, quæ principem locum obtinent, earum quæ eis subjecta sint, finibus esse optabiliores.*

III.

III. E
deprom
tem & e
sunt in h
litare. O
hæc ipsa
versantur
& à quib
contineb
ista prop
facultati
hæc ipsa
stam: cu
rius facu
propter
bitamus
IV. C
telis, ver
mentati
frenū, q
natur fi
quia fin
πολιτικῶν
qui est ἡ
ὑφ' αὐτῶν
ἰπικῆ,
πικῆ τῆ
artis fin
etiam a

III. Ex cap II. autem potius præsens axioma depromi poterit. Verba hæc sunt: *Videmus autem & eas facultates, quæ inter ceteras maximè sunt in honore, huic (Politice) subiacere, ut Militare, Oeconomicam, Rhetoricam. Jam verò cum hæc ipsa reliquis utatur scientiis, quæ in agendò versantur, & præterea describat, quid agendum, & à quibus abstinendum, hujus finis aliarum fines continebit.* His verbis omninò videtur fundari ista propositio: *Quæ facultas subordinatur alteri facultati, ejus finis subordinatur fini alterius.* Ex hæc ipsâ autem per conversionem rectè inferri istam: *cujus facultatis finis subordinatur fini alterius facultatis, illa facultas alteri subordinatur,* propter æqualem terminorum ambitum, non dubitamus.

IV. Quicquid autem sit de testimonio Aristotelis, veritas propositionis, quâ Bellarmini argumentatio nititur, patet inductione: Quia enim frenû, quod est finis τῆς χαλινοποιητικῆς, subordinatur fini τῆς ἵππικῆς, qui est moderatio equi, & quia finis τῆς στρατηγικῆς, nempe victoria, fini τῆς πολιτικῆς, sicut & quia finis τῆς κερκιδοποιητικῆς qui est ἡ κερκίς sive radius, refertur ad fini τῆς ὑφαντικῆς, ideo & ἡ χαλινοποιητικὴ subjicitur τῇ ἵππικῇ, & στρατηγικῇ τῇ πολιτικῇ, & ἡ κερκιδοποιητικὴ τῇ ὑφαντικῇ &c. E. cujuscunq; facultatis vel artis finis subordinatur fini alterius, illa facultas etiam alteri illi subjicitur.

V. II. Ratione. Artes & quælibet disciplinae practicae (de hisce enim loqui Aristotelem *in cit. c. I. L. I. Eth.* ex verbis ipsis clarum est) pendent à fine, ab eoque natura earum sumitur. Cujus ergo artis aut disciplinae Practicæ finis comprehenditur sub fine alterius, ea ipsa ars alteri subjicitur.

VI. II. Esto, demonstrretur ex præsentis propositione, facultatem civilem subordinari facultati, quæ de bonis spiritualibus & æternâ fecilitate sollicita est, certè non inde sequitur id, quod Bellarmino demonstrandum erat, nempe, Pontifici Romano jus esse Reges afficiendi pœnis temporalibus, & uni auferendi regna alteri conferendi. Optica enim subordinatur Geometriæ, at pharmacopolarum arti Medicæ. An id circò Geometra in Optici, & Medicus in pharmacopolarum fortunas jus habet, eundemque domo expellere potest? Aliud est, unam artem aut artificem alteri præscribere posse aliquid, aliud ita præscribere posse & imperare, ut nisi obtemperetur, pœnas exigere ab altero, & exilio v. g. multare ipsâ possit. Potest, quando ars arti subordinatur, superior artifex præscribere inferiori, quomodo scilicet opus suum conficere debeat, sed ita præscribere, & ita ipsi imperare non potest, ut, si ille dicto audiens non sit, eum fortunis suis spoliare, & domo pel- lere queat.

VII. Et cur, quæso, Pontifex eò, quod scientia regnandi subordinatur scientiæ pascendi Eccle-
 siam

stam, pot
 que impe
 nales aut
 instructi
 quod Pot
 lii autem
 ita sese h
 Bellarmi
 de subor
 rum agit
 plinam e
 jus subor
 vilegiò n
 set Medi
 fessione
 Pharma
 XIX.
 scopi no
 quam Pe
 est, malè
 est de su
 assumtio
 onem pr
 dinatio
 agitur, c
 diversita
 ma sit, u
 & ipsi s
 os aliis

disciplinam, potest pœnas civiles irrogare Regibus eosque imperio privare; id verò non possunt Cardinales aut alii Episcopi aut Theologi, càm etiam instructi sint illâ scientiâ? An forsan propterea, quod Pontifex in illâ scientiâ errare non potest, alii autem Episcopi possunt? Sed ponamus, rem ita sese habere, Aristoteles, cum *loc. cit* in quò Bellarminus propositionem suam fundari dicit, de subordinatione disciplinarum, & finium earum agit, illam distinctionem ignorat; & disciplinam equestrem militari, ejusque finem fini hujus subordinari docet, etsi nemo sit, qui in eâ privilegiò non labendi gaudeat. Quod si reperire esset Medicum, qui communi errandi in suâ professione forte esset exemptus, is non plus juris in Pharmacopolam haberet; quam aliàs Medicus.

IIIX. An forsan propterea, quod reliqui Episcopi non habent illam absolutam potestatem, quam Pontifici tribuunt Pontificii? Quod si ita est, malè disputat Bellarminus, dum sermo ipsi est de subordinatione potestatum, deque eâ & in assumptione & inconclusionone loquitur, propositionem probationis loco adducit, in quâ de subordinatione facultatû, id est, artium vel disciplinarum agit, cum tamè summa inter eas conspiciatur diversitas. Superior potestas, & imprimis sit suprema sit, ut regia, potest eos, qui inferiore gaudent, & ipsi subjectâ potestate, fortunis exaere, inque eos aliis gravioribus modis animadvertere, artificè

verò superiorem, vel illum, qui principe scientiâ instructus est, cum eò, qui inferiore & subalternatâ, ut loquuntur, ita agere non licere, patet ex antè dictis.

IX. IV. De minore disputari potest: Finis temporali spiritali, sive finis potestatis politicæ finis potestatis Ecclesiasticæ non subordinatur eodem modo subordinationis, qui propositione Majoris significatur. Nam ibi finis ubi, ut facultatis subordinata, quemadmodum & ipsi facultatis nullus est locus, si altera facultas ejusque finis non sit. Quis enim frænum efficeret, & arti ejus efficiendi operam daret, si disciplina equestris, ejusque finis non esset? Hâc ratione finem potestatis politicæ non subordinari finis Ecclesiasticæ, sicuti nec ipsas potestates, fatetur ipse Bellarminus *cap. præced. VI.* Et res in clarâ luce posita est. Nam, ut ipse ait, finis illius est pax temporalis, hujus vita æterna. Fit autem, ut in Republicâ pacatè vivatur, ut nulla ratio habeatur vitæ æternæ, ut apud infideles; quemadmodum & Christiani omnia ad salutem animarum referre possunt, destituti pace externâ, ut in mediis persecutionibus. Videantur plura apud Petrum Molinam *de monarch. temp. Pont. c. X.* & Dani Chamier *Pansfr. T. H. L. XV. c. VI.*

REGULA IV.

Quicquid habet causam finalem, habet etiam efficientem.

I.

I. Omnes Peripatetici fatentur, mundum habere causam finalem, qui sit Deus; non omnes tamen concedunt, Deum esse ejus causam efficientem. Quæ sententia si vera est, patitur præsens principium instantiam, daturque aliquid, quod causam finalem agnoscit, non autem efficientem,

II. Verùm plures Interpretes asserunt, de sententiâ quoque Philosophi, Deum esse causâ efficientem universi, ut Simplicius *I. Phys. text. ult. II. Phys. t. 72. & alibi*, Averroës *de subst. orb. c. II. Soncinas XII. Met. q. XXXII. Javellus ibid. q. XXIIIX, Tolerus IX. phys. q. VI & alii* multi: de qua quæstione latius hic agere instituti nostri non est. Videantur citati Authores. Nobis impræsentiarum sufficit, posteriorem sententiam esse veram & sacris literis conformem.

III. Sanè quod præsentem propositionem attinget. Simplicius probat, Deum esse efficientem causam, quoniam sit causa finalis. Sentit ergò, necesse esse, id, quod causam habet finalem, habere etiam efficientem. Et Averroës scribit, causâ finalem necessariâ connexionem inferre agens. Nam causa finalis dicitur id, cujus gratiâ aliquid fit. Hinc argumentum.

Quicquid fit, habet causam efficientem.

Quicquid habet causam finalem, fit, quoniam ea est id, cujus gratiâ aliquid fit.

E. quicquid habet causam finalem, habet etiam efficientem.

Ma-

Major patet, quia quicquid fit, ab aliquo fit, Sed fieri aliquid ab aliquo, est, aliquid causam efficientem habere. Plures probationes hujus propositionis affert Hervæus II. *Quodl. q. I. & Sencinas*, qui de eâ agit integrâ *Quest. XXXIIIX. lib. cit.*

IV. Id non possumus non notare, quod alii docent, nempe aliud esse dicendum de fine, aliud de causâ finali. Finis dicitur aliquid respectu causæ efficientis, quatenus ea movet ad aliquid faciendum: causa autem finalis dicitur respectu alicujus, quatenus id gratiâ ejus fit vel factum est. Dicunt, non omne, quod finem habet habere causam efficientem. V. g. proficiscitur Studiosus Lipsiam, ut pecuniam à mercatore accipiat; pecuniam accipere est causa finalis professionis sive itineris suscepti. Ejus enim gratiâ iter institutum est. Studiosi autem finis id quidem est, cum moveat eum ad iter suscipiendum, sed non causa finalis, quia ipse studiosus non est factus propter illam pecuniam, nec ab ea dependet in suo esse. Hic studiosus habet sibi propositum finem, sed non habet causam efficientem. Id igitur, quod finem habet, non necesse est, causam efficientem habere.

X. Quid audio, inquis, an non omne, quod extra Deum subsistit, causam efficientem habet. Quâ fronte igitur tu à Studioso eam removers?

VI. An respondendum, Studiosum absolutè habere causam efficientem, sed ratione finis pro-

positi,
efficientem
causam
habere
causa finem
sam effici-

VII.
reciproco
habeat
Phys. t.
alicujus
in lib. de
unt, divi
gratiâ ab
eorum, q
ea effici
cunqu
nec ad fin
iusmodi
lutiones
quacumq
dubium
cujus gr
cundum

IIIX.

Quæ

Omn

positi, qui est pecuniam Lipsiæ accipere, causam efficientem non habere; id autem, quod habet causam finalem, dum eam habet, & ratione ejus habere efficientem, sicut iter hoc ipsò, quod ejus causa finalis est acceptio pecuniæ, requirit causam efficientem.

VII. Verùm quæritur, an Regula præsens sit reciproca, ita, ut quicquid causam efficientem habet habeat etiam finalem? Sanè ipse Aristoteles II. *Phys. t. 49.* Eorum, inquit, quæ fiunt, alia fiunt alicujus gratiâ, alia minimè. Unde Alexander, in *lib. de fato cap. III.* Omnium porrò, ait, quæ fiunt, divisionem Aristoteles faciens, horum aliqua gratiâ alicujus fieri dicit: cum intentione aliquam eorum, quæ fiunt, & finem habet præstitutum, quæ ea efficit; alia verò nullius: ejusmodi enim sunt quæcunque non ex intentione aliqua ab agente fiunt, nec ad finem aliquem terminatum referuntur: cujusmodi sunt fructuum attritiones & circumvolutiones, & capillorum contactus & extensiones, & quæcunque his similia: quæ quod fiant & ipsa, nulli dubium est, non tamen eam, quæ secundum finem, ejus gratiâ causam habent. Hæc Alexander secundum versionem Bagolini.

VIII. Nasçitur inde hoc argum:

Quædam, quæ fiunt: non habent causam finalem.

Omnia quæ fiunt, habent causam efficientem, cum nihil à seipsò fiat, sed quicquid fit

ab

ab alio fiat. At ab alio aliquid fieri, & causam efficientem habere, idem sunt, ut jam dictum est §. III.

E. Quædam, quæ habent causam efficientem, non habent finalem.

Major est Aristotelis & Alexandri §. *præced.* siquidem fieri alicujus gratiâ, est, habere causam finalem.

IX. Disputat Pererius *L. IX. c. VI.* tribus modis dici posse, actionem aliquam non fieri propter finem. Et id huc pertinere obscurum esse non potest, propterea, quod omnis actio habet causam efficientem. Unde si aliqua actio non est propter finem, non omne id, quod habet causam efficientem habet finalem. Verba ejus sunt, *Potest autem dici aliqua actio non fieri propter finem tribus modis, vel quia ipsa est propter se, & non propter aliud, ut actio, in quâ est felicitas; vel quia fit ab agente non intendente ipsam, ut si quis aliud attentè cogitans vel unguis rodatur, vel fricet barbam, hujusmodi enim actiones non sunt electione ob aliquem finem, sed ex sola imaginatione, vel quia talis actio est conjuncta & accidit ei actioni, quæ per se intenditur, ut inventio thesauri accidit fissioni terræ, & sic effectus fortune non fit ob aliquem finem.*

X. Quantum ad primum modum consentit Zabarell. *de med. dem L. II. c. X.* Docet enim ipse, aliquando causam efficientem efficere aliquid propter

pter aliud, si scilicet possibile vel contemplatum non tamen se contentum

XI. Videntur esse sunt diverse nem, qui ea fit ab auctore saurus in ipsum, & agente non quæ per se actio barba lio loqui

XII. busdam tamen L. tatum est tiam habet efficitur, Nam licet rium tenet si causam tentio & admodum quod ha sam efficitur

pter alium finem, aliquando autem non propter aliud, si scilicet id, quod efficitur, sit per se expectabile veluti quando anima plena habitibus contemplatur, causa est effectrix contemplationis, non tamen propter alium finem, quia ipsam per se contemplationem querit, quæ finis est.

XI. Verùm secundus & tertius modus non sunt diversi. Quæ enim actio non est propter finem, quia accidit actioni, quæ per se intenditur, ea fit ab agente non intendente ipsam, sicut thesaurus invenitur à fodiente non intendente ipsum, & quæ non est propter finem, quia est ab agente non intendente ipsam, ea accidit actioni, quæ per se intenditur, ut rosio unguium vel fricatio barbæ ei, qui attentè aliud cogitat, aut cum alio loquitur.

XII. Quanquàm autem *cit. loc.* denegat quibusdam actionibus causam finalem Pererius, idem tamen *Lib. II. c. IX* scribit, *certum & indubitatum esse, quicquid habet causam efficientem, etiam habere finem, propter quem fit. Quod enim efficitur, inquit, alicujus gratiâ, semper sefficitur. Nam licet quedam respectu agentium particularium temerè ac fortuitò effici dicantur, ea tamen si causarum universalium & ordinis universi intentio & ratio spectetur, non carent suo fine, quem admodum infra demonstris dicturi sumus, sed an quod habet finem, id necessario quoque habeat causam efficientem, non similiter manifestum & certum est*

est

est. Atqui nos longè certius & manifestius esse putamus, omne id, quod causam finalem habet, habere etiam efficientem, quàm omne, quod efficientem habet, habere quoq; finalem. Sed de hisce alibi plura. Jam enim id angustia chartæ non permittit.

REGULA V.

Quod potest fieri per pauca, non debet fieri per plura. Ex II. Phys. t. 48. & III. de partib. anim. c. III.

Disputationum Philosophicarum

DECIMA

continens

REGULAS VI.

circa doctrinam

APPETITUS

RESPONDENTE

publicè

LÆVINO DROSEMEJERO

Hannover. Saxon.

Regulis, quas doctrina causæ finalis nobis suppeditavit, subjungere placet eas, quæ de appetitu, bono item & malo loquuntur. Cùm enim natura finis sit movere appetitum vel voluntatem, quod quidem nihil aliud est, quàm appeti, ratio verò, per quam movet, sit bonum, atq; adeò tanta bono cum causa finali inter-

cedat

cedat
vel id, c
utatur,
ritum, b
tinent, c
tur.

I. T
principi
runt, bo
perpera
aliquid
II. V
mare vi
malum
stupris,
perpetr
appetit

III.

pro, du
inhone
appetiã
quod il

IV.

flagrat,
lum, &
num est

V. S